



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

DXVI. Bischof Hieronymus befiehlt der Stadt Wittenberg einen gefänglich eingezogenen Geistlichen freizulassen, am 21. Nov. 1512.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

De premiffis omnibus et fingulis Ego Hinricus Laurentii pro tempore Reverendi Domini Hieronimi Epifcopi Brandenburgeni Vicarius proteftor manu propria.

Gerden's Stifte-Hiftorie S. 676—680.

DXVI. Biſchof Hieronymus befiehlt der Stadt Wittenberg einen gefänglich eingezogenen Geiftlichen freizulaffen, am 21. Nov. 1512.

Hieronimus, Dei gratia Epifcopus Brandenburgensis, univerſis et fingulis plebanis viceplebanis divinatorum rectoribus et clericis in et per ſedem Wittenberg ubilibet conſtitutis et preſertim divinatorum rectoribus in oppido Wittenberg ſalutem in Domino. Fide digna relatione accepimus, Quoniam Caſpar Tenſchel Judex, Tilo Dehne, Hans Ritter, Matheus Globbigk, Jacob Dranddorff, Meiſter Claues Bildenhauer, Andreas Kelner, Hans Richter, Paul Baytz, Ambroſius Amdar, Hans Modde, Hans Hogendorff, Hans Burchart, Blaſius Riſch, Otto Sulſtorff, Benedictus Schulte proconſules et conſules dicti oppidi Wittenberg cum eorum complicitibus multis diebus effluxis quendam Clericum Glorium Swahn qui clericus communiter habebatur habitu et tonſura inſeſſit clericali in eccleſiaſtica immunitatis derogationem propria autoritate cepiſſent et incarceraviſſent ſeu capi et incarcerari feciſſent. Et quamvis per commiſſarium noſtrum alioſque conſiliarios noſtros ut ad noſtram curiam eundem remitterent eoſdem monere et requiri fecimus ac de clericatu ipſius ultra famam publicam et quod pro tali ſe geſſerat per literas pontificis et ſui ordinatoris probatum fuerat; Ipſi nihilominus tamen tradere et preſentare renuerunt ac expreſſe recuſaverunt, ſed ipſum huc uſque contra ſacrorum canonum inſtituta et eccleſie libertatem in carceribus aſu temerario detinuerunt ac detinent principalis excommunicationis ſententiam juxta Canonem: Si quis ſuadente diabolo damnabiliter etc. Vnde nolens hoc facinus temerarium ſurda aure pertranſire impunito, quinimo quantum poterimus temeritatem et audaciam dictorum iudicis proconſulum et conſulum ac eorum complicitum refrenare, vobis omnibus et fingulis predictis et uni cuilibet in virtute ſancte obedientie et ſub excommunicationis ſententie pena diſtrictie precipiendo mandamus, quatenus mox viſis et receptis preſentibus accedatis quo fuerit accedendum, Et predictum iudicem proconſules et conſules ac eorum complices autoritate noſtra exſuperabundanti moneatis, ut dictum Glorium Swahn quem ad noſtram curiam revocamus per preſentes adhuc infra ſpacium viginti horarum inſinuacioni preſentium immediate ſequentium a dicta captivitate ſine aliquo gravamine liberent et relaxent eumque liberum et ſolutum dimittant ſub excommunicationis et Centum florenorum Camere noſtre applicandorum penis et multis, offerentes cuilibet querulanti de predicto clerico juſtitie complementum nos reddituros. Alioquin quamdiu predictus clericus in captura hujusmodi detentus fuerit in omnibus et ſingulis eccleſiis monaſteriis capellis et locis in et per oppidum Wittenberg ſervetur et ſervari faciatis ſtrictiſſimum eccleſiaſticum interdictum non reſeſſuri ab his donec aliud a nobis receperitis in mandatis. Quod quidem interdictum ad locum preſatum Dei nomine in his ſcriptis ferimus et promulgamus citantes quoque peremptorie antedictum iudicem proconſules et conſules cum eorum complicitibus omneſque et ſingulos, qui preſatum clericum Glorium Swan incarceratum detentioni et incarcerationi auxilium et favorem dederunt, ut tertia die executioni preſentium immediate ſequenti ſi juridica fuerit, ſin autem prima die juridica extunc ſtatim ſecutura coram nobis aut noſtro in hac parte ſurrogato et ſurrogando Sieſar

in iudicio compareant ad videndum et audiendum se predictae principalis excommunicationis sententiam Canon. VI. Si quis suadente diabolo damnabiliter incidisse declarari declaratosque publice denunciari mandari literasque desuper declaratorias in forma solita et consueta decerni et concedi vel dicendum et causas rationabiles in contrarium allegandum nec non ad procedendum, et procedi videndum et audiendum in negotio declarationis huiusmodi usque ad totalem ipsius negotii expeditionem inclusive debitis terminis et dilatione interveniente quantum de jure seu consuetudine opus et necessarium fuerit certificari eisdem quod comparuerint et causas rationabiles in contrarium allegaverint ad prefate principalis excommunicationis sententiae declarationem ac alias prout justum fuerit procedemus ad predicta et alia et quotiens opus fuerit alibi preterquam in valvis ecclesie parochialis oppidi nostri Siesar de cetero citatum sive vocatum. Datum in arce nostra episcopali Seyefar, anno domini millesimo quingentesimo duodecimo, die dominica vicesima prima mensis Novembris, majori nostro sub sigillo presentibus appresso.

Gerden's Eists-Historie S. 680-683.

DXVII. Papsi Leo X. trägt dem Bischof von Brandenburg und dem von Lebus auf, dem Erzbischof von Magdeburg, Albrecht, das Pallium zu überreichen, am 9. Jan. 1513.

Leo, episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus Lubucensi et Brandenburgensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Quum pallium, insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii, ex parte dilecti filii Alberti, electi Magdeburgensis, quem nuper tunc in vicesimo quarto vel circa sue etatis anno constitutum administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesie Magdeburgensis, tunc certo modo pastoris solatio destitute, donec vicesimum septimum ejusdem etatis annum attingisset, de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituerimus et deputaverimus, et de ejus persona, nobis et eisdem fratribus ob suorum exigentiam meritorum accepta, quam primum dictum vicesimum septimum annum attingisset, extunc eidem ecclesie de simili consilio auctoritate predicta duximus providendum ipsumque illi prefecimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur per dilectam filium Buffonen de Alvensleben, canonicum Magdeburgensem, nuntium suum fuerit a nobis cum ea, qua decuit, instantia postulatum: nos ipsius precibus annuentes, pallium ipsum de corpore beati Petri sumptum per vos vel vestrum alterum assignandum eidem secundum formam juramenti, quam vobis sub bulla nostra mittimus introclusam, per prefatum Buffonem duximus destinandum. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum pallium ipsum juxta premissam formam sibi assignare curetis et ab ipso nostro et ecclesie Romane nomine sub forma, quam sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis debite solitum recipiatis seu alter vestrum recipiat juramentum. Formam autem juramenti, quod dictus archiepiscopus prestabit, nobis de verbo ad verbum per ejus patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuntium quantocius destinare curetis. Datum Rome, apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo tertio decimo, quinto idus Januarii, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Original.